Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0004-0

1729.

1. Geibel, Johann Daniel: De parricidio

2. Hildebrandt, Henricus: De consensu hypothecae tam magistratus, quam fundi domini necessario ac non necessario Von verfänglichen und unverfänglichen Obrigkeitlichen und Lehns-Consensen.

3. u. 7 Krelerus, Johannes David: Imperatores Romanos Germanicos ante Imperatorem Carolum ch.. .. breviter recensebit.

4. Neukauff, Jo. Christophorus: De protractione justitiae per responsa privatim

1730.

1. Beckius, Joh. Jodocus: De remediis contra sententias ob summam litis non appellabiles competentibus.

2. Dinzenhoffer, Johann Christophorus: Brevis analysis II et III Cod. de metallariis et metallis

1730

3. Dorn, Joannes Laurentius: De jurejurando in litem pretii affectionis figmento liberato.

4. Fichtner, Joannes Mauritius: Dissertatio inaug.-juridica, exhibens quaestionem: An patri liceat in testamento minus solenni seu privilegiato peraeque ut in alio solenni filio cuidam relicta legitima de caeteris bonis inter liberos pro lubitu testari.

5. Freiesleben, Christianus Henricus: De alienatione ex argumento legis

6. Klumpf, Johannes Thomas: De privilegio Henrici VII Romanorum regis Francofurtanis ad Moenum civibus de filiabus libere elocandis olim dato.

7 a-b Mueller, Balthasar Sebastianus: De executione sententiae pendente appellatione licita. Von Rechts erlaubter Vollziehung der Urthel während der Appellation. 2 Exempl.

3.

4.

5.

6.

8. Schwarzius, Christianus Gottlibius: De obligatione possessoris bonae fidei ad rem domino restituendam.

1731.

1a. Deinlinus, Georgius Fridericus: De praestationibus gallinariis sive Hüner-Zinsen. 2 Exempl. 1731 u. 1743

2a. Deinlinus, Georgius Fridericus: De singulari custodiendarum ignium cura et inspectione. Von der Feuer-Schau.

3. Geigerus, Thomas: De transmissione actorum in foro Norico ex mente constitutionum imperii non admittenda

4. Harpprecht, Ioannes Fridericus: De utilitate ac necessitate remedii provisionalis in judiciis Imp. Aulico et camerali

5. Kocherus Johannes David: De imperiali sacra lancea.

6. Linckh, Georgius Henricus: De officio judicis in ferenda sententia circa conjungendas diversas assessorum sententias.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0007-7

7. Pfo, Joh. Adamus: De causis expensarum litis victori a victo non refundendarum, sed compensandarum. Von bewegenden Ursachen, die Gerichtskosten zu vergleichen.

8 a. b. Rink, Eucharius Gottlieb: de clypeorum ratione habenda in feudis alienandis. 2 Exempl. 1731. 1746.

9. Schmid, Johannes Fridericus: De mutuo officialium cautionis loco ab initio officii praenumerando. Vom Vorschuß derer Beamten

10. Schwarzius, Christianus Gottlieb: Σχολια φιλολογικα ad prooemium institutionum juris e collatis XIII codicibus mss. variisque libris impressis.

15

1729,4

5

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

# PROTRACTIONE IVSTITIAE

## PER RESPONSA PRIVATIM A PARTIBVS OBTENTA

QVAM

EX DECRETO ET PERMISSIONE

*MAGNIFICI*

ICTORVM ORDINIS

IN ACADEMIA NORICA

SOLO DEO PRAESIDE

PRO OBTINENDIS

PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

*AD DIEM IVLII A. MDCCXXIX*

PVBLICE DEFENDET

IO. CHRISTOPHORVS VNKAVFF

AVCTOR.

*ALTORFII*

TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

P 504

KÖNIGLICH UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0009-2

*SERENISSIMO AC POTENTISSIMO*

PRINCIPI ET DOMINO

# DOMINO

# CAROLO WILHELMO FRIDERICO

MARGGRAFIO BRANDEN-BVRGICO

DVCI BORVSSIAE MAGDEBVRGI STETINI
POMERANIAE CASSVBIAE VANDALORVM
MECKLENBVRGI SILESIAE ET CROSNAE
BVRGGRAFIO NORIMBERGAE
PRINCIPI HALBERSTADII MINDAE CAMINI
VANDALORVM SVERINI ET RACEBVRGI
COMITI HOHENZOLLERAE ET SVERINI
DOMINO TERRARVM ROSTOCHII
ET STARGARDIAE ETC. ETC.

*PRINCIPI AC DOMINO MEO*
*LONGE CLEMENTISSIMO.*

# SERENISSIME POTENTISSIMEQVE
# PRINCEPS,
## DOMINE CLEMENTISSIME.

In SERENITATIS TVAE conſpectum prodire, ac tenuiculas haſce pagellas NOMINI TVO SERENISSIMO dedicatas afferre non fuiſſem auſus, niſi addidiſſet ſubtimenti animum Clementia illa inſignis, quæ SERENISSIMAE TVAE

DOMVI,

DOMVI, AVISque & PROAVIS TVIS quaſi propria fuit, & gentilitia, in TE autem, SERENISSIME PRINCEPS, conſpicitur concentrata. Inaugurale hoc argumentum eſſe poteſt indicio, me Iuris praxin agnoſcere pro ſtadio, divinitus aſſignato, in quo id ævi, quod inter vivos mihi ſupereſt, decurrerem, DEOque Creatori meo, & Conſervatori benigniſſimo, mea approbarem obſequia. Tantum vero abeſt, ut per Doctoris gradum, quem vocant, a vinculo, quo TIBI, SERENISSIME PRINCEPS, ante triennium fueram obſtrictus, me ſolutum velim, ut potius ſummo ducam honori, ſi inter eos, quibus ſpes clementiſſime eſt facta, ſe in ſtipendia TVA, pro talentuli ſibi concrediti rationibus, quondam iri adſcitum, atque cooptatum, porro numerari mihi conceſſum fuerit: eumque in finem SERENITATI TVAE me ſtudiaque mea quam ſubjectiſſime commendo.

 DEVS

DEVS TER OPTIMVS MAXIMVS TIBI, SERENISSIME PRINCEPS, ea omnia, quæ ex aſſe TE felicem beatumque reddere poſſunt, cumulatiſſime largiatur, Toro Maſculæ prolis multæ, & longævæ quidem, fæcundo TE impertiat, atque in proſperrimo rerum omnium, præcipue Regiminis TVI, curſu TE ad Neſtoris usque annos inter mortales eſſe jubeat.

SERENISSIME AC POTENTISSIME PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME,

SERENITATI TVAE

*ſubjectiſſimus atque devotiſſimus*

Autor.

DISSER-

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
DE
# PROTRACTIONE IVSTITIAE PER RESPONSA PRIVATIM A PARTIBVS OBTENTA.

## PROLOGVS.

*Fas eſt, atque ipſa Juſtitia exigit, ut, quando litigantes inter ſe Jure contendunt in foro, his dirigenda ſint eo omnia, ut a Judice, facto cognito & diſcuſſo, ſententia juſto feratur tempore, bona cauſa vincat, mala vero ſuccumbat, atque ita Juſtitia absque moris interpoſitis adminiſtretur; Fit tamen ſæpius, ut ii litigantes, quibus ſubolet, ſe cauſa coram judicio, ubi nullæ injicerentur moræ in lite ſua proſequen-*

*ſequenda caſuros eſſe, omnibus nervis litem protrahere contendant, atque ex diuturniore mora ſibi feliciorem ſpondeant eventum, quæ & cauſa eſt, cur tot juſtitiæ protrahendæ modi hactenus in re forenſi fuerint excogitati, ut vel ſola eorum enarratio haud modicum volumen abſumeret. Atque in hunc cenſum modorum juſtitiam protrahendi referimus quoque reſponſa privatim a partibus obtenta, de quo argumento hic agere cum animus nobis ſit, totam materiæ tractationem diſpeſcere placet in duo capita, quorum primum nobis ob oculos ſiſtat legitimum Reſponſorum Juris in foro uſum & pretium; ſecundum vero conſideret Protractionem Juſtitiæ per Reſponſa privatim a partibus obtenta.*

# Caput Primum
## DE
## *LEGITIMO RESPONSORUM USU IN FORO, EORUMQUE VERO PRETIO.*

### §. I.

Quid ſint Reſponſa prudentum, eum tantum latere poteſt, cui ne limina quidem Jurisprudentiæ attingere licuit; cum his nobis res non eſt. Definitiones ſunt res Intellectus, cui, ſicuti nec lex, ita nec definitio poteſt præſcribi.

### §. II.

Reſponſorum Juris uſus in Germania invaluit, magnumque iis in foro hactenus eſt ſtatutum pretium. Jam priſcis Romanorum temporibus, de re conſulere, de Jure reſpondere, moris erat, & ab Auguſto certi quidam, præmiſſa forte ſingulari eruditionis indagatione, arg. *l. 7. C. de P. & M.* conſtituti, qui jus dicerent, *l. 2. §. 47. ff. de O. J.* a quorum ſententiis atque

 opinio-

opinionibus Judici recedere non licebat. §. 8. *I. de J. N. G. &c.* Poſtea cum Juris Civilis auctoritate apud nos quoque Juriſperitorum ſeu DD. crevit auctoritas hucusque inconcuſſa. Tempore quidem Friderici III. Imperatoris anno 1441. non adeo magnum eorum favorem fuiſſe traditur, demonſtrat hoc Spenerus in *Jur. Publ. P. I. p. 55:* Zu den Zeiten Kayſer Friederichs begrieſen einige Patriotiſche Männer / daß der Römiſch geſinnten Doctoren Rechts-Lehren in dem Reich ungemein mehr Unheil als Vortheil ſtifteten. Zu den Zeiten findet man von zweyen Reformationen: die eine begreift den Franckfurther Reichs-Abſchied *de anno 1442.* und gehet allein auf eine Einſchränckung der Fehden und des peinlichen Gerichts / wie auch der Mißbräuche bey der Müntz / und auf die Regulirung des Geleits. v. Müller. *R. T. Th. P. 1. c. 12.* die andere iſt zwar wohl mehr ein *Project*, als ein vollzogenes Werck. Die Schrift ſoll gleichwohl auf dem Reichs-Tag zu Maynz *anno 1440.* gewiß præſentirt ſeyn / und ſich würcklich in vielen Archiven befinden. Herr Müller *loc. cit. c. 5.* publicirt dieſelbe / und hält ſie für einen Reichs-ſtädtiſchen

ſchen Auffſatz. Beſold. *de Præm. Pœn. &c. c. 8. §. 5.* iſt ſehr über ſelbe erbittert / weil der fünfte Haupt-Articul die DD. beyder Rechte gar heß-lich abmahlet. Articulus ille apud Goldaſtum *Conſt. I. p. 167. 171. & ſeqq.* ita ſe habet: Alle DD. der Rechten / ſie ſeynd geiſtlich oder weltlich / im heiligen Römiſchen Reich Teutſcher Nation, ſollen nach Laut der fürgenommenen Reformation, an keinem Gericht / bey keinen Rechten / und in keines Fürſten oder andern Rath mehr gelitten / ſondern gantz abgethan werden. Sie ſollen auch fürbaß hin vor Gericht oder Recht nicht weiter reden / ſchreiben / noch Rath geben. Sintemahlen GOtt den Menſchen mit ſeiner eigenen Weißheit begnadet hat und verſehen / ſo mag er in der für-genommenen Ordnung ſeines Rechtens ſelb wohl warten. Lectu quoque dignæ ſunt declarationes ſupra memoratæ Fridericianæ Reformationis apud Müller. *R. T. Th. P. I. c. 5:* In der *Declaratione II. art. V.* heißt es: Die ander Erklärung des fünften Artickels derſelben *Declaration* iſt im heiligen Römiſchen Reich Teutſcher *Nation* alſo fürgenommen / daß an keinen Rechten / hoch oder niedern Standes / keine *DD.* ſollen

ſitzen / helfen Recht ſprechen / ſchöpfen noch beſchließen: wenn ihnen das härter als den Layen verſchloßen iſt / und kan ihr keiner einen Schlüßel darzu finden / biß beyde Theile arm werden / oder gar verdorben ſind. Aber der Lay behält doch den Schlüßel zum Rechten bey ihm / daß man zu ziemlicher Zeit das Recht herfür bringen mag. Aus dieſen Urſachen kan man die Gelehrten in keinen Rechten mehr leiden / darzu ſind es nur Beſold-Knecht / und nicht Erb-Diener der Rechten. In der *Declar. III.* Daß im gantzen Römiſchen Reich Teutſcher *Nation* keine *DD.* mehr von keinen Rechten weder reden / procuriren oder procediren ſollen / in Schriften oder andern Rathſchlägen / ſondern aller weltlichen Recht müßig ſtehen: darum daß ſie Stief-Vätter / und nicht die rechten Erben des Rechten ſind / dann ſie nehmen ihm dem Grund der Wahrheit / und bringen durch ihren unordentlichen Geitz das Recht zu einem ſolchen Unglauben / daß kein frumm Mann ſein Vertrauen darin ſetzen kan. Das hat euer verkehrte Lehre inner 50. Jahren zu wegen bracht / wo iſt es vor erhört worden. *Declar. IV.* Daß im gantzen Römiſchen Reich Teutſcher *Nation* zugelaſſen iſt / allen

Stän-

Ständen/ Fürſten/ Grafen/ Freyen/ Herren/ Ständen und Gemeinen vergunnt/ *Doctores* und Lehrer der Rechten zu halten; jedoch mit ſolcher Form und Maaß/ daß die in kein Reichs-Rath/ als Anwald oder Verweſer/ auch in anderwegen nicht gehört oder zugelaſſen würden/ dergleichen weder in Fürſten oder der Städte Rath gehört/ oder Raths-weiſe geſetzt werden ſollen ꝛc. Aſt poſt nubila hæcce eo clarior apparuit Phœbus: cum enim Maximilianus I. anno 1495. Judicium Camerale fundaret, poſtliminio quaſi jure, Jurium DD. reſtituit. Teſtis eſt *T. 1. §. 1. O. C. de anno 1495.* Soll jeder halbe Theil der Urtheiler der Rechten gelehrt und gewürdiget ſeyn ꝛc. *T. 1. O. C. 1500.* Solle eieinem jeden *Doctorn, Licentiaten &c.* jährlich 400. fl. von dem Geld/ ſo von des Reichs verordneter Hülf fallen wird/ durch unſer und des Reichs Regiment geben werden/ und entrichtet. *T. 1. §. 1. O. C. 1507.* Darunter der halb Theil von verſtändigen und gelehrten *Doctorn* oder *Licentiaten in Jure. T. 1. O. C. 1521. R. I. 1521. §. 7. R. I. 1524. §. 23. R. I. 1530. §. 76. R. V. 1531. §. 14. O. C. P. 1. T. 1. §. 2.*

*R.D. 1557. §. 14. & C.O.C.P. 1. T. 3. §. 1.* nec non de Jure reſpondendi facultas per Conſtitutiones Imperii, tam in Criminalibus, *Ord. Crim. art.* 7. 81. 105. 109. 112. 113. 114. 117. 118. 119. 123. 124. 127. 128. 129. 131. 132. 133. 134. 136. 143. 144. 146. 147. 148. 150. 151. 152. 153. 160. 161. 164. 165. 166. 168. 169. 172. 173. 176. 177. 178. 179. 180. 196. 206. & in ſpecie *art.* 222. §. 1. Und nachdeme vielfältig hiebevor in dieſer und des heiligen Reichs Ordnung der peinlichen Gericht vom Rath ſuchen gemeldet wird / ſo ſollen allewege die Gericht / ſo in ihren peinlichen *Proceſſen*, Gerichts-Ubungen und Urtheilen Zweifel zufiel / bey ihren Oberhöfen / da ſie aus altem verjährtem Gebrauch bißher Unterricht begehrt / ihren Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn. Welche aber nicht Oberhöf hätten / und auf eines peinlichen Anklägers Begehren die Gerichts-Ubung fürgenommen wäre / ſollen in gemeldtem Fall / bey ihrer Oberkeit / die daſſelbig peinlich Gericht fürnemlich ohn alle Mittel zu bauen und zu heben Macht haben / Rath ſuchen. Wo aber die Oberkeit *ex officio* und von Amts-wegen / wider einen Mißhändler mit peinlicher Anklag oder Hand-

Handlung vollnführe / ſo ſollen die Richter / wo ihnen Zweifel zufiel / bey denen nächſten hohen Schulen / Städten / *Communen*, oder andern Rechts-Verſtändigen / da ſie die Unterricht mit wenigſten Koſten zu erlangen vermeinen / Rath zu ſuchen / ſchuldig ſeyn. §. 2. Und iſt dabey nemlich zu mercken / daß in allen zweifentlichen Fällen nicht allein Richter und Schöpfen / ſondern auch / was einer jeden Oberkeit in peinlichen Strafen zu rathen und zu handeln gebührt / derhalben Rechts-Verſtändiger / und außerhalb der Partheyen Koſten / Raths gebrauchen ſollen / es begebe ſich dann / daß ein peinlicher Ankläger den Richter erſuchte / in ſeinen peinlichen *Proceſſen*, Handlungen und Ubungen der Rechts-Verſtändigen Rath zu begehren / das ſoll auf deſſelben begehrenden Theils Koſten geſchehen. Wo aber des Beklagten Herrſchaft / Freund oder Beyſtänder / ihm dem Gefangenen zu guthen / dergleichen Rathſchlagung bey dem Richter begehrten / ſo ſoll er auf des Gefangenen Freundſchaft oder Beyſtänder Koſten ihnen damit willfahren. Wo aber deſſelbigen Gefangenen Freundſchaft jetztgemeldten Koſten aus Armuth nicht vermöcht / ſo ſoll er

auf

auf der Oberkeit Koſten / ſolchen Rath zu erler-
nen ſchuldig ſeyn: doch ſo fern ꝛc. quam in Ci-
vilibus, per *R. D. de anno 1600. §. 18.* in ver-
bis: Oder aber nach Gelegenheit der Sache / und
da es von einer oder der andern Parthey begehret
wird / und erhebliche Urſachen vorhanden wären /
auf eine Univerſität oder aber zweyen oder dreyen
Rechtsgelehrten *ad revidendum* zu überſchicken.
*R. I. N. §. 113.* in verbis: Daß alsdann der
Parthey ordentliche Oberkeit auf derſelben gebüh-
rendes Anſuchen und Begehren / die vollkommene
*Acta*, vermög des Reichs-*Deputations*-Abſchieds
*de anno 1600.* auf deren zuvor Mitzuziehung
und in Gegenwart beyderſeits Partheyen / oder
deren Gewalthaber fürgehende *inrotulation* (ohne
nebenſeitige *recommendation*) durch gewiſſe un-
partheyiſche Rechtsgelehrte revidiren / oder auf
unpartheyiſche Univerſität / oder anders *Collegium
Juridicum* zu ſchicken / und dero rechtliches Gut-
achten darüber zu erfordern ſchuldig ſeyn ꝛc. ita,
ut pars gravata ad M. S. C. de non impediendo
uti Jure Conſtitutionum Imperii ſeſe conver-
tere poſſit. arg. *O. C. P. 2. T. 23. verſ.* Es wäre
dann Sache ꝛc. deinde per *§. 96. dicti R. I. N.*
*in fine:*

*in fine:* wie auch rechtliche *Conſilia* und Berathſchlagungen mit vorangeſetzter *Facti Specie* und denen *rationibus dubitandi* in Geſtalt einer *quaſi relation*, zu übergeben erlaubt ſeyn ꝛc. Quod lites abbreviandi remedium civibus Francofurtenſibus in receſſu inter Senatum populumque c. 19. & 20. reſervatum: Zum 19. wann künftiglich eine oder die andere Parthey in rechthängigen Sachen an Schöpfen-Gericht geſinnen ſollt / auf ſeine Koſten die verſchloſſene *Acta* zur Rechts-Belehrung auf eine unpartheyiſche Univerſität zu ſchicken / ſoll daſſelbige niemand abgeſchlagen werden ꝛc. Zum 20. vermeint einer in Sachen / davon vermög gemeiner Rechten / Reichs-Abſchieden und dieſer Stadt *Statuten* und *Privilegien* nicht appellirt werden kan / gravirt und beſchwehrt zu ſeyn / deme ſolle ſich des Reichs-*Deputations*-Abſchieds *de anno 1600.* zu gebrauchen erlaubt / und der Rath denenſelben *remediis* ſtatt zu thun ſchuldig ſeyn.

## §. III.

Quibus ita ſeſe habentibus, legitimus Reſponſorum uſus hodie apud nos in ma-

ximo & habendus eſt pretio & actu habetur. Exſerit autem ſe utilitas illa, Quod I. Pars per Reſponſa prudentum de ſtatu litis ſuæ certior facta, ſciat, num bonam, num malam foveat cauſam; Si illam, litem eo fidentiori animo aggrediatur, nec ſiccis adverſarii minis a celeriori actionis vel exceptionis inſtitutione ſeſe deterrere patiatur; ſi hanc, eo libentius vel plane a lite deſiſtat, vel rem ſuam amicabili potius compoſitioni, quam dubio litis eventui committat. II. Cardinem rei atque principale litis caput notum ſibi habeat, ſicque ex parte ſui actionem magis utilem eligere, crebriori libelli mutatione ſuperſedere, impertinentia, irrelevantia nocivaque omittere poſſit, ex parte adverſarii ad ea tantum reſpondere ſciat, ad quæ neceſſario reſpondere res ipſa poſtulat. III. Non mediocrem adverſario metum incutiat, ante oculos ponendo, quot telis altero fortior ſit, quot propugnaculis magis munitus incedat, ad illum æque effectum ut adverſarius non adeo jugiter petitis ſuis inhærere perſeveret. IV. Totam rem conſpectui Judicis ſiſtat, & præſertim ſi dubi-

tandi

tandi decidendique rationes adjiciantur, relationem facilitet, ſententiam maturet. V. Suspicionem litis temerariæ excutiat, ac de altercatione ſuper litis expenſis aliquatenus proſpectum ſibi habeat, & quæ adhuc alia accelerationi Proceſſus inſerviunt, quæ omnia in favorem partium conſtituta.

# CAPUT SECUNDUM,

## DE

## PROTRACTIONE JUSTITIAE PER RESPONSA PRIVATIM A PARTIBUS OBTENTA.

### §. I.

Cum ex præmiſſo capite eluceſcat, Reſponſis Juris ſuum verum atque genuinum conſtare pretium, jam pedem promovemus ad rei cardinem, dum aſſerimus, per Reſponſa privatim a partibus obtenta haud raro magis protrahi, quam accelerari Juſtitiæ adminiſtrationem.

§. II.

Circa Reſponſa Prudentum, præſertim ſi a partibus privatim obtineantur, non unus tantum obſervatur abuſus, quo fit, ut inde litis protractio magis, quam terminatio proficiſcatur. Duobus autem potiſſimum modis noſtro ſenſu reſponſa a partibus privatim obtineri dicimus: I. Quando unica tantum pars, ſive actor ſit, ſive reus, apud Collegium, vel alios plures Jurisperitos, ſuper lite ſua conſilium ſibi expetit. II. Quando vel unica tantum pars, vel utraque etiam, apud unicum ſolum Doctorem reſponſum ſuper re ſua redimit; Quo ipſo excludimus illam actorum transmiſſionem, quæ fit per modum primæ vel ſecundæ inſtantiæ, ubi quidem etiam interdum Juſtitiæ adminiſtratio plus juſto differtur; nec de Criminalibus nobis ſermo eſt, ubi non minus hujusmodi abuſus apparent. *Ord. Crim. art. 222. §. 2.* in verbis: Daß die Rathſuchung nicht gefährlicher Weiſe zu Verzug der Sachen und mehr Unkoſten aufzutreiben beſchehe/ welches die obgedachte Freundſchaft und Beyſtänder

ſtänder auch mit dem Eyd erhalten ſollen ꝛc. Sed tantum de Civilibus loquimur.

§. III.

Primus modus, ſicuti diximus, is eſt, quando unica tantum pars Collegium aliquod vel plures alios JCtos de Jure conſulit. Narretur factum, curia novit Jus. Qui conſuli ſibi vult, id alteri notum faciat neceſſe habet, ſuper quo illius deſiderat opinionem; Medicus niſi de morbo ſufficienter informatus fuerit, aut plane non, aut male curabit. Ita & hic quoque ſeſe res habet. Ante omnia concipienda eſt facti ſpecies, ex qua deinde certæ quæſtiones alteri enucleandæ proponuntur. Facti ſpeciem vel pars concipit, vel alius ad narrata. Hic ad Juſtitiam protrahendam aperitur janua. Pars vel ex imperitia rem confuſe enarrat, reticendo, quæ bis terque recitare debuiſſet, vel per dolum de iis tacet, quæ forte ſibi nocere poſſe mens ipſi præſagit; Interdum cauſæ patronus ſimplicioris animi eſt, interdum, ſi præſertim ipſe de inſtituendo proceſſu, propri lucri cauſa litiganti animum fecerit,

cerit, factum ita colorat, ut totum Collegium primo ſtatim aſpectu, uno quaſi ore, non alium quam optimum litis euentum certiſſime divinare poſſit, quales facti ſpecies pro ſuſpectis ſemper habentur. *R. I. N. §. 96.* Solche *Conſilia* aber weder in *referendo*, noch *votando* Ziel oder Maß geben/ noch/ ſo viel das *Factum* anbetrifft / einigerley Weiſe attendirt werden ſollen. *R. H. O. de anno 1654. T. 4. §.* Die *Conſilia &c.* aber darauf mehr und weiters nicht gegangen / als ſo viel ſolche denen Haupt-*Actis* und darinn erwieſenen *facto* gemäß befunden/ auch anderer Geſtalt nicht *in votis* angezogen werden. Gail. *Obſ. 107. n. 13. quæ Conſilia tamen parum aut nihil proſunt, ſi factum, ex quo Jus oritur, non ſit antea in actis ſufficienter deductum & probatum &c.* Interdum de eo ſolum quæſtiones format advocatus, quod favoris in facto aliquid habere poſſe credit, tranſeundo, quæ difficultatem quandam motura eſſe autumat.

## §. IV.

Collegium, veris potius quam falſis narratis

ratis rem niti credens, prout narrantur, reſpondet. Plaudit pars, gaudio exultat, celeri pede ad Judicem properans, de Juſtitia cauſæ ſuæ Iliadem verborum profundit, porrigirque reſponſum a Judice utique acceptandum. Cunctatur Judex, an cauſa ita comparata ſit, an reſponſum ita factum, ut ſine litis ulterius protrahendæ metu periculoque, adverſæ quoque parti conſilium hocce debeat communicare. Diverſa hac de re DD. opinio eſt. In Judiciis inferioribus in Judicis verſatur arbitrio, num communicare velit nec ne. Brunnem. *Proc. Civ. p. 242. n. 9. Si tamen pars adverſa copiam conſilii petat, judicis in arbitrio verſari videtur, an deferre petito debeat.* Menoch. *l. 2. A. Q. c. 175. n. 14. cujus officii eſt providere, ne ob id lites protelentur, præſertim ſi cauſa non adeo diffuſa ſit & dubia.* Qui etiam Brunnem. *Conſ. 133. n. 261.* communicationem plane denegat his verbis: *Conſilia hinc inde a partibus producta, communicari non poſſe videntur, quia nec acta, nec de actis proceſſus dici poſſunt &c.* In Camera Imperiali res ſeſe aliter habet. *Hic enim conſilia exhibentur vel judicialiter,*

*cialiter, vel extrajudicialiter. Judicialiter non alio modo quam cum aliis productis tanquam adjuncta exhiberi poſſunt, & tunc fiunt pars actorum, ac deſuper pars adverſa audienda. Sin vero extrajudicialiter illud fit, vel cum memoriali pro maturanda ſententia Judici ad Senatum eunti porrecto, vel etiam lectoribus ad Lectoriam, ſoluto ½ thalero traduntur. Vtroque quidem caſu actis apponuntur, eorum tamen pars non fiunt. Nonnunquam etiam hujusmodi Conſilia & aliæ ex actis conceptæ facti ſpecies ac relationes loco memorialium pro maturanda ſententia Judici & ſingulis Aſſeſſoribus ad domum offeruntur.* Blum. *Pr. Cam. Tit. 63. n. 26.* qui procedendi circa Reſponſa modus etiam in inferioribus Judiciis introduci deberet, per *R. I. N. §. 137.* Es ſollen auch Chur-Fürſten und Stände des Reichs bey ihren Untergerichten die Verordnung thun / damit / ſo viel möglich / bey denenſelben die *norma* des Cammergerichtlichen Proceſſes obſervirt werde. *O. C. P. 2. T. 31. §. 9.* Dieweil aber hiebey ꝛc. Klug. Beamt. *P. 2. T. 2. n. 8.* Von ſolchen *Cameral-Præjudiciis* ſollen auch die Untergerichte / ohne

ohne wichtige Urſachen / in gleichen Fällen nicht recediren / ja wo es gemeine Beſcheide ſind / ſie nicht anderſt / als ein vorgeſchriebenes Geſetze obſerviren.

§. V.

Judex quidem præſcriptum ante oculos modum habet, quomodo circa reſponſa hæcce in judicando debeat verſari. *R. I. N. §. 96.* Solche *Conſilia* aber weder in *referendo* noch *votando* Ziel oder Maaß geben / noch / ſo viel das *Factum* anbelangt / einigerley Weiſe attendirt werden ſollen. *R. H. O. de anno 1654. §.* Die *Conſilia &c.* auf beſagte *Conſilia* mehr und weiters nicht gegangen / als ſo viel ſolche denen Haupt-*Actis* und darinn erwieſenen *Facto* gemäß befunden / auch anderer Geſtalt nicht in *votis* angezogen werden.

§. VI.

Interim tamen, aut ſequitur illa Judex, aut non ſequitur. Priori caſu, contra Jus in theſi impingit, partique adverſæ quam maximum damnum gignit, querela nullitatis vel

D alio

alio quopiam remedio ſuſpenſivo tollendum, quo ipſo ſtatim Juſtitia protrahitur. Poſteriori, Jure quidem ſecurus eſt Judex: aſt ſi non plane in gratiam reſponſum impetrantis judicaverit, aut ignorantiæ aut iniquitatis arguitur, ipſaque pars informata æque ac ſupra diximus, cum mentem ſuam ad reſponſum hocce magis magisque obdurauerit, de ulteriori litis proſecutione quovis modo cogitat, donec tandem poſt longum tempus non modicis expenſis rei veritatem accuratiori oculo inſpicere habeat occaſionem.

§. VII.

Quandoquidem pars adverſa, ne minus Jus habere videatur, contrarium reſponſum impetrat, quo ipſo non ſolum inter ipſa quoque collegia lis interdum oriri incipit, ſed & Judex adeo confunditur, ut cui magis vel minus aſſiſtere debeat, ipſe ignoret. Sane non modica litis protractio.

§. VIII.

Jam de ſecundo, lites per reſponſa ab unico ſolum Doctore obtenta, protrahendi modo fuſius

fuſius agendum erit. Ante omnia quævis illa, quæ de protractione Juſtitiæ per Reſponſa ab unica parte, a pluribus tamen JCtis obtenta, diximus, ad hunc quoque modum in totum applicari volumus. Superaddimus modo, cum circa reſponſa a Collegiis ad vera facti narrata impetrata, nihil tam facile metuendum ſit, quod aut partem aut Judicem ſeducere poſſit, quod hoc ſecundo in caſu, ſi nempe ab unico tantum Doctore proveniat reſponſum, circa illud ipſum reſponſum, ſive ad vera ſive falſa narrata impetratum ſit, non adeo levis ſuſpicio verſetur, ita, ut ſi non omnibus indiſtincte, plurimis tamen eorum non niſi modica fides habenda ſit.

## §. IX.

Hic mirabuntur ſane haud pauci, quod in propria quaſi viſcera ſævire videar. Scio jam pridem quæſtionem motam eſſe: An privati Doctoris ſententia eundem habeat effectum, quem habet ſententia Collegii Juridici? Naturale homini eſt ab alio diſſentire. *l. 17. §. 6. ff. de Arbitris.* Sunt, qui affirmant, ex

hisce rationibus: I. Quia pluribus æque minus ab errore cautum ac uni, dum & Rota ipſa ſæpiuſcule rotet ſive erret. II. Quia egregii DD. privati nonnunquam feliciter contra integrum Collegium induerint arma, & III. etiam privati DD. de Jure reſpondendi facultatem obtinuerint. Sunt viciſſim, qui negant, quibus & ego calculum adjicio.

§. X.

Ne vero cœco quaſi impetu hæcce dixiſſe videar, ſequentibus rationibus diſſenſum meum ſuperſtruam. I. Militat quidem pro Doctore eruditionis atque doctrinæ præſumtio, non omnium tamen eadem mentis vis, eadem intellectus efficacia eſt, nec experientia æque exculta, ut ſemper ad caſum propoſitum, intricatiſſimum ſæpius, pro plena partis informatione unicus valeat reſpondere. II. Quotidianum eſt, DD. privatos quotidiani quæſtus gratia partibus reſpondere, hinc & ſolitum quoque, ut omnem lapidem moveant pro captanda partium benevolentia æque ac auro, optimum litis eventum, qualiscunque caſus

ſit, jugiter divinari; vix enim tam abſurda ſententia eſt, quæ non Doctorem inveniat defenſorem. Anton. de Gamma *Deciſ. 202. n. 3.* Gilken. *ad l.13. §.6.n.41. C. de Jud.* III. Solent aliqui nimis breves eſſe, & nec legem, nec Doctoris alicujus probati authoritatem allegare, ſed dictatorio velut more, & pro imperio ex proprio cerebro decernere, cum tamen ſuo modo JCtus erubeſcere debeat ſine lege loqui. IV. Alii, non niſi per brocardica & generales Juris regulas reſpondent, quem pauperum Doctorum morem recte vocat Th. Triviſ. *L. 1. Deciſ. in præf. n. 1.* has inſtar medicinæ univerſalis empirico more ad quodvis ulcus emungunt, ignari medicamenta ad ſtatum morbi dirigi debere, morbum vero ad ea dirigi non poſſe. V. Alii in aliud extremum erumpunt, plauſtra Legum atque authoritatum, etiam in rebus luce meridiana clarioribus, & per ſe ſat evidentibus accumulant, ut eo ſpiſſius opus evadat, ſat ampla deinceps mercede redimendum. VI. Neſcio an eos quoque huc referre poſſim, qui absque ſelectu nova quævis principia, non quod ſana, non

quod ſpecioſa, ſed quod nova ſint, theſauri inſtar domum ſecum reportant, Judicem ſuum, ſed fruſtra, novis quibuscunque habenis alligaturi. Quæ omnia litis protractioni eo laxiorem viam pandunt. VI. (Hoc quidem non adeo aperto ore dixerim) ab ipſis JCtis, reſponſa ad minimum a duobus DD. facta eſſe requiruntur. Gail. *L. 1. Obſ. 33. n. 3. L. 1. Obſ. 152. n. 6.* Decker. *in Vind. ad Blum. Proc. C. T. 2. n. 2.* verbis: *Nullibi enim Aſſeſſores &c.* In ipſis Imperii Conſtitutionibus de Reſponſis ab unico tantum Doctore obtentis, altum ſilentium eſt. In Ordinatione Criminali ab articulo VII. usque CCXXII. reſponſa a pluribus JCtis facta eſſe requiruniur. *art. 222. §. 1.* in verbis: bey denen nächſten hohen Schulen / Städten / *Communen*, oder andern Rechts-Verſtändigen ꝛc. *§. 2.* derhalben Rechts-Verſtändiger und außerhalb der Parthenen Koſten / Raths gebrauchen ſollen. *R. D. de anno 1600. §. 16.* in verbis: auf einer Univerſität oder aber 2. oder 3. Rechts-Gelehrten *ad revidendum* zu überſchicken. *R. I. N. §. 113.* durch gewiße unpartheyiſche Rechts-Gelehrte revidiren / oder

auf

auf unpartheyiſche Univerſität / oder anderes *Collegium Juridicum* zu ſchicken ꝛc. Quid quod Potentiſſimus Poruſſiæ Rex privatum unius Doctoris reſponſum expreſſe prohibuerit: Es ſollen keine *Acta* mehr zum Spruch an *privat-Doctores*, ſondern an gantze *Juriſten-Facultæten* und Schöpfen-Stühle des vielen Mißbrauchs halben verſchicket werden. Neu *Juſtiz-Reglement art. L.*

# EPILOGVS.

Hæc eo hucusque ſumus proſequuti, non ut in univerſum atro notaremus carbone Prudentum reſponſa, utpote quæ in vero ſuo uſu conſiderata maximi omnino ſunt facienda, quod quidem in primo capite diſertis verbis præmittendum cenſuimus, ſed ut indicaremus abuſum, qui temporum tractu & hominum verſutia etiam in Juridica irrepſit Conſilia, ut hæc ipſa, cum eſſe deberent media ad Juſtitiam melius & dignoſcendam & adminiſtrandam, fierent inſtrumenta cauſidicorum ad Juſtitiam protrahendam.

*S. D. G.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0039-8

Altdorf, Diss., 1729-31

X 2344 208

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0041-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0042-1

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

# PROTRACTIONE IVSTITIAE

PER RESPONSA PRIVATIM A PARTIBVS OBTENTA

QVAM

EX DECRETO ET PERMISSIONE

*MAGNIFICI*

ICTORVM ORDINIS

IN ACADEMIA NORICA

SOLO DEO PRAESIDE

PRO OBTINENDIS

PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

*AD DIEM IVLII A. MDCCXXIX*

PVBLICE DEFENDET

IO. CHRISTOPHORVS VNKAVFF

AVCTOR.

---

*ALTORFII*

TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

15
1729,4
5
P 504
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181318-p0043-7